

S. N. C.

1872

1035

1872



AI

IN SOLEMNI  
MVTINENSIS ACADEMIÆ  
INSTAVRATIONE  
ORATIO  
SERENISSIMO  
FRANCISCO II.  
MVTINÆ REGII, &c.  
D V C I X.

A BERNARD'NO RAMAZZINO  
In eadem Academia  
*Medicinæ Publico Professore Dicta.*



MVTINÆ,

Typis Hæredum Cassiani Impressorum Episcopatum 1683.  
SUPERIORVM PERMISSV.

IN SOLI

INSTITUTUS ACADEMIE

INSTITUTIONE

ORATIO

DE

FRANCISCO II

MAXIMILIANO REGIS

DE

INSTITUTIONE ACADEMIE

INSTITUTIONE

INSTITUTIONE



INSTITUTUS

INSTITUTIONE ACADEMIE  
INSTITUTIONE



**E**

Tsi iam satis certum, & inconcussum est, *Serenissima* *Celsitudo*, immortalē hunc quo vivimus animū, a naturæ elementaris cōmīnisse quam maxime dilatum, vt potē *Diuina particulā aurā*, qualem olim satis religioſē Venusinus Poeta deſcripſit; illum tamen huic corpori, quod animat, & circumfert ad eō cognatis legibus deuinxit idem qui condidit Diuinus Opifex, vt illius affectus ex Platonis effato nunquam clari⁹ eluceſcant, quam dum ſub ſpecie aliqua corporalis mali adumbrantur. Geminæ ſunt malorum ſpecies (aiebat ille *Virorum ſapientiffimus*) quæ a ſtatū melioris vitæ humana corpora quandoque deturbant, *Morbū ſcilicet, & Turpitudō*; ac profeſſō quis vnquam vel Stoicæ mentis ibit inficias, quin in claſſe malorū ſiat morbi, cū nihil magis optandū, ſquam vt *ſit mens ſana in corpore ſano*? Corporis verō turpitudinem cur in eodem cenſū referre non liceat? Quotus enim quiſque pro corporis elegantia, ac venuſtate *Gratijs*, ac *Naturæ* nō litaret? Totidem igitur ex Platonis decreto animis noſtris poſſunt inſeſſe mala; corporali ægrotudini reſpondet in animo improbitas, turpitudini ignorantia. *Ægrotat* igitur, *Auditores Sapientiffimi*, animus noſter, quoties illum occupauit improbitas; febriculofus eſt cum a luxuria percuritur, iſtericus cum liuore ſuffunditur, tabidus cum voluptate marceſcit, diſtortus cum ab æquita te declinat, repandus cum ambitione ſuperbit, gibbus cum ad terrena propendet, quare *laryrico çſtro percitus* exclamabat olim *Volaterrannus Vates*.

Verùm sicuti ægrū, ac languentem animū, si sit improbus, non ineptè quis dixerit, ita quoq; deformem, si sit ignorās, non imeritò pronūciabit, Exulet enim ab illo liberalium disciplinarum decor, & ornamentum, quid turpius fingi potest, quid fædus? Ignoret enim quot, & quanta naturalium rerum arcana referari hūc vsq; Philosophia, non imaginaria illa, & phantastica, quæ tam curiosè ac Anatomica penè indagine Ens rationis ( sit verbo venia) in partēs quas non habet dissectat, sed illa quæ Naturæ indagatrix rerum rationes, & causas exquirat; quam inuenustus prodibit in publicum, quā ināmoenus? Ignoret quanta sit numerorum dignitas, & potestas, quomodo cælestium corporum cursus, recursus, errores deprehendat Syderalis scientia, quam facillimè quācūque formam in aliam reddat Geometria, quam pusilla vi ingentia pondera suspendat Statica, quot in facultate Optica, Catoptrica, Hydraulica, Pnæumonica spectentur prodigia, quam in elegans Sapientiorum oculis apparebit, quā illiberalis? Ignoret quot noua quotidie Exercitationes Iatrophysicæ, Hermeticæ, & Anatomicae Mandō Literario aperiant phænomena; ignoret quibus legibus, quibus lanctiōnibus terrarū Orbem regat Iurisprudentia; ignoret denique Diuinitatis arcana, quæ lumini Pater sola dignatione suæ pietatis mortaliū mentibus obcæcatis aperuit, quantum præferet deformitatis, quātum horroris? At quorsum hæc, inquiet aliquis, nisi quoq; cōueniens afferatur medela ad has pestes animorū eliminandas? Rectè quidem; quemadmodum igitur ad profligandos morbos reperta est Medica facultas, & ad corporis decorationē excolendā instituta fuit Ars Gymnastica; cum homines in Thermis publicè exercerentur, laurètur, vngètur, ita quoq; ad animorū ægritudinē propulsandā, & deformitatem emēdandam publica maiores nostri aperuerunt Gymnasia, vbi ingenua Iuuentus liberè, ac sine vllō grauioris supercilij metu exerceatur, desudaret, ac velut publicis in Thermis improbitatis, & ignorantia sordes elueret. Iam videtis, Auditores Ornatiissimi, quid velim, quid animo intendam, non nisi profectò, vt in hac

5  
mea Inaugurali Oratione, dum tanta solemnitate huius Lycei pā-  
duntur fores, non secus, ac si bifrontis Iani referretur Tem-  
plum; non nisi inquam; ut summatim expendam, quanta digni-  
tatis, quantæ utilitatis futurum sit hoc Athenarum non solum huic  
nobilissimæ, & fortunatissimæ Ciuitati, verum etiam vniuersæ Di-  
oni, quam *Estenses Aquila* sub grandium alarum umbra tūtan-  
tur, ac fouent.

Adeo antiqua, Viri Sapiētissimi, sunt literarum primordia, ut in  
ipso Mundi exordio per nondum calcatam Signiferi Orbitam vix  
vnum gradum, vel alterius lucis Sol dispensator absoluisset, cum  
Terris diuinarum, humanarumq; rerum Sapiētia contemplatrix  
illuxit. Etenim cum Sapiētissimus ille Artifex primum hūmāni  
generis Parentem fictili magisterio plasmasset, eodem auræ viuifi-  
cantis affatū & animam ut viueret, & Sapiētiā, ut Condito-  
ris Opera contempleretur, inspirauit. Hinc seminaria trāsfusionē,  
ac veluti per traducem si non perfectā illa, ac tam distincta rerum  
cognitio, saltem ināta discendi cupiditas continuato ductū def-  
cendit in posteros. Nulla idcirco tempestate, tam barbaræ, ac a  
ciuili cultu adeo semotagens exitere vnquam; quæ, hoc Na-  
turæ genio suadente, literarum Studium non excoluerint, & Aca-  
demias pro erudiendā Iuuentute non aperuerint. Quandoquidē  
enim Diuinus ille Opifex eadem nos pēdē corporali sarcina cum  
ceteris animātibus instructos ab ipsa sola ratiōne seiunxit, ut,  
non more ferarum in syluis, sed in Urbibus sociali vita degamus,  
quodnam quæso aptius est instrumentum, quod & ad societatem  
magis alliciat, & nōram asperitatem facilius emolliat, quam stu-  
dium liberalium disciplinarum?

*Scilicet ingennas didicisse fideliter artes*

*Emollit mores, nec finis esse feros.*

Nimis à scopo aberrarem, si antiqua vellem historiarum monu-  
menta euoluere, ac referre, quot, & quales Academias institue-  
rit quæque regio, & quam vetusta sit consuetudo, loca habuisse  
studijs destinata. Liceat mihi tamen paulisper peregrinari, &  
non in iucunda recordatione nostratium Academiarum vetus ali-

quod Specimen vobis exhibere. Primò itaq; in ipso Asiæ vestibulo antiquissima apud Iudæos pro instituenda Iuuentute se se offerre Academia, quam sacri Codices positam fuisse memorant in Ciuitate Dabir dicta, quæ prius Cariat sepher vocabatur, id est Ciuitas literarum. Insigni quoque fama prisca illis temporibus claruerunt Ephesus, & Tarsus, ac in Phœnicia Barutus, quam Urbem olim Imperatores legum Nutricem appellauere, cum in illa Ius Ciuile Romanorum doceretur. Quod si penitiores Orientis partes perlustrare placeat, celeberrima occurrent Gymnasia, quibus præerant Gyannolophistæ, quos Brachmannas appellabāt, quemadmodum, etiam apud noui Orbis incolas non pauca obseruabimus Scholarū, quæ nostras æmulentur, specimina.

Sed quid de Africa referam, quæ antea ceteris sæculis tot peperit ingeniorū mōstra? Ægyptuse enim virtutum æquè ferax, ac segetum, quot aluit præclarissimas Ciuitates, quæ solidioris doctrinæ vbertatem toti penè Mundo dispensarunt.

Dicat præ ceteris, quæ in Ægipto olim maximè claruit Heliopolis, id est Ciuitas Solis, (nunc nō prohi dolor, Turciæ Lunæ deuota solitudo) ex qua abditioris Philosophiæ prima lumina suffaratos esse aiunt Homerum, Platonem, Solonem, primæ magnitudinis Sydera, quæ in Cælo Sapientiæ refulserint. Dicat Cartago illa Romani nominis æmula, literarum non minus, quam armorū venerabilis Magistra, quæ optimarum artium studijs ità inclaruit, vt cum ipso Latio aula fuerit de armorū, & eloquētiæ primatū cōtendere. Sed vt propiora nobis quæ suggerit Europa nostra contemplemur, subeat animos v estros solius Græciæ recordatio, ac præcipuè Athenarum, quam Ciuitatem meritò dixere nonnulli Græciæ Græciam, ex qua velut fonte Sapientia defluxit in Tyberim.

Solum itaque Athenarum nomen pro laudum compendio sufficiat, quando quidem, quæ magis inter nos excellunt Academiae, multum sibi ad discant decoris, si fronte præferant titulum Athenæ. Non v nitamen Græciæ concessū, vt sola diceretur omnium disciplinarumATRIX, & Magistra, nam Galliæ sua non defuere Lyceæ,



cea & Academiæ, qualis fuit Massiliensis, quam Tacitus appellavit Studiorum Magistram, & Lugduensis, ubi Caligulam aram erexisse tradunt; ad quam fierent quotannis græcæ, ac latinæ faciendæ certamina, hac vitæ poena, ut si maximè displicuisset, si ripa sua spongia, vel lingua deleteret, ni mallet in proximo flumine demergi; unde *Lugdunensem Rhetor, dicitur ad aram* subito occupabatur pallore, non secus ac ego expallui, ac inhorui coram tam erudito Cœlesu dicitur. Apud Hispanos quoque Osee Urbis amplissime, Sertorium eruditum exulem Romanum publicas Scholas aperuisse, scientissimis Præceptoribus magno stipendio conductis, historiarum monumenta testantur, ut Hispanam iuventutem hoc beneficio sibi firmiter obstringeret. Sed cur tandiù externis immoror? An prisca, illis temporibus habuit Italia nostra Gymnasia, quæ Provincialibus tum celebritate, tum vetustate factes submitterent? Antequam Romanum nomen Mûdo inclaresceret, Pythagoram in extrema Italiæ ora; circa Metapontum, Heracleamq; & Crotonem Iuenum; æmulantium studia cætus habuisse abundè constat; postquam verò Roma iam satis gloriæ armis quæsitum esse prospiceret; tunc literis Asylum aperuit, quod contigit secundo bello punico, cum

*Musa pennatoradi*  
*In talis se bellicosam in Romulæ genem seram.*

Primum equidem aluit Roma tantummodò publicos Rhetores, & Iuriconsultos, sed postmodum etiam reliquis Professoribus publica stipendia constituit, quæ usq; ad Simmachi ævum manserunt, cum Imperij labente Maiestate, Romanæ Iuventutis Magistris detracta sunt subsidia solemnis alimonie. Hinc factum, ut varia postmodum in Italia emergerent Gymnasia, ut Bononiense, Patavinum, Ticinense, Perusinum, Ferrariense; Pisanum, Parniense; parùm abfuit, Viri Sapientissimi, quin & his quib; immiscuerim Mutinense Gymnasium. Sed cur in illorum censu, & nosti un quoq; non referam? An quia novum alicui videbitur? At si novitas sola spectetur, hæc nihil officit; *Principem* enim habemus generosissimū, cui arduum non est (ut Plinij verbis ad Vespasianum Im-

peratorem vtar) cui inquam ardeam nō est, *et cunctis nouitatē dare, nouis auctoritatē, obscuris lacem, obsolescis nitorem, fastidiosis gratiam, omnibus naturam, & natura sua omnia.* Verū si rem exactē perpendamus, non ad eō nouum, vt quis putat, est Mutinense Gymnasium; Hæc enim Ciuitas Bononiæ æmula, cum olim non tam pro finibus, quàm pro gloria dimicasset, prima iecit istius Vniuersitatis fundamenta, accersitis ad hoc opus Clarissimis Viris, Pileo, & Azone, quos Mutinæ Iuris prudentiam tradidisse satis constat, honorifico stipendio illis constituto, & publico Palatio eisdem pro Schola concesso; eleganti sanè spectaculo, cum vbi lus diceretur, ibi quoq; doceretur; cum hinc in Tribunali Prætor sederet, hinc staret in Exedra Præceptor, ac vterq; Sententias pronūciaret, hoc tamen discrimine, quod hic modò damnans, modò absoluens, hūc tristem, illum hilarem dimitteret, alter legū æpigmata soluendo, vnumquēque lætiores, quia peritiores, remitteret. Quare si iusta appellatione vnumquodq; quale profus est appellare volumus, non est quod quispiam putet, nouam Academiam in hac Ciuitate institui, sed antiquam restitui, non iaci fundamenta, sed multò antè iactis ædificium superstrui. Equidem res, nouas cōdere, nouas Ædes, noua Theatra, noua Tempa, splendidum, ac magnificum est, at vetusta iam collapsa reparare profus religiosum est. Cum olim à Gothica barbarie Vrbs hæc euerſa penitus fuisset, ac proprijs ruderibus penè sepulta iaceret, magna contentione agebatur inter Ciues, qui excidio supererant de noua Vrbe alibi ædificanda; vicit Pietas, vt hoc splo loco, quo prius steterat, cum P. R. Colonia deducta est, instauraretur. Quamobrem vt Maiorum nostrorum tentamen Vniuersitatem in hac Ciuitate stabiliendi iā impleamus, pietas, ac reuerētia exposcūt, nūc potissimū quando Pijssimus Princeps assurgens hoc Opus tam hilari vultū intuetur, ac vt rem sibi acceptissimā tanto fauore prosequitur. Ecquid enim tali sub Principe sperare non liceat? Nūm suspicari fas est, quin gloriosissimum Avum sit fortiter æmulaturus, quem iam sibi proposuit exemplar. Æmulabitur profectō illius & pace, & bello præclarissima gesta, nec illo

illo se minorem, aut secundum nisi solo nomine præstabit. *Franciscus primus*, Princeps, gloriosissimi nominis, qui dum esset turbulentis bellis implicitus, inter armorum strepitus studuit semper, ut solidiorem pacem populis suis redderet, ac dum pace frueretur, ita se armauit, ut hostium impetus cum laceraretur repelleret, pulcherrimam, & munitissimam Arcem, condidit, huius Urbis Ornamentum, & Tutamen. Præstantiorem Arcem, hoc scilicet literarum Asylum, Monumentum, arcem perennius, perficiet *Franciscus* alter, haud dispari fœnore & perpetuæ laudis, & gloriæ. Binæ igitur Arces pro Ciuitatis huius tutela stabunt in posterum, vtraque condita sub auspiciatissimo *Francisci* nomine. Sic prior illa belligeri Martis erit *Domiciliū*, hæc posterior *Mineræ* sacrarium, illa gentis armatae *Hospitium*, hæc *Togata*; illa horrorem spirans, hæc amentem; illa fossis, & Vallo munita, hæc in propugnaculum Templum habens, ubi colitur literis propitium Numen; illa in murorum ambitu; sed penè tota extra muros posita; hæc in medio Ciuitatis, quia Cor, immò Anima ipsius Ciuitatis existit.

Hoc autem inest discrimen, quod ad illam difficilis, ac non sine periculo est accessus; Nemo illuc infert pedem nisi nomen aperiat, & per medios armatos milites inermis incedat, nec licet cuiquam illius penetralia, & arma neta nisi summo fauore introspicere. In hæc Musarum Arcem facilis, ac securus est ingressus; patent Valuæ; nullæ hic nocturnæ excubiæ, nulli hic ferro armati custodes, quia nihil est quod hic quisquam surripiat & adsportet, præter eruditam suppellectilem, & Ornamenta virtutum, quæ summa liberalitate vel immerentibus dispensantur.

Nec irrideat quisquam, quasi parum aptè Gymnasium cum Arce contulerim, nam vero verius est, esse publicas Academias Ciuitatum firmissima præsidia; neque enim credendum est in duplici, vel triplici murorum ordine positam esse Urbium securitatem, sed in Ciuium prudentia; & consilio. Cum olim sapientissimus legislator *Lycurgus* de Spartanorum muris interrogaretur, respondisse fertur, non esse expertem muri Urbem illam, quam non laterum, sed Virorum corona ambiret. Eadem ferè

ratio-

ratione Homericus ille Agamemnon, non sibi plures Aiaces, Iauē Achilles oprauit, vt hostica Ciuitate potiretur, sed decem Consul-  
tores, qualis esset Nestor, omnium Græcorum prudentissimus. Gil-  
gnunt autem potissimum huiusmodi notæ Viros Academiae, in  
quibus liberalia studia excoluntur, cum sint quedam veluti Prom-  
ptuaria, de quibus magni Principes solent educere, quos volunt ad  
summa magisteria prouehere.

Suppeterent mihi satis abunde pro hac Veritate firmanda quā  
plurima exēpla; at vnum sufficiat a Parisiensi Academia peti-  
tum. Cum sublato Regum Longobardorum nomine Carolus ille ex re-  
bus feliciter actis, & actis cognomento Magnus libertatem Ita-  
liæ vindicasset, omnes literas, omnem doctrinam reuexit in Gal-  
liam, nouum triumphij genus commentus, cum quotquot Romæ,  
ac vniuersa Italia fama claretur doctissimi Vri secum Gallicus ille  
Alcides aurea munerum catena deuictos traheret, vt Parisijs ce-  
leberrimę Academiae iaceret fundamenta, quæ postmodum esset  
veluti Mater cæterarum. Hæc fuit Arx potissima, hoc Palladium,  
quod tantus Rex, ac Imperator pro perpetuæ incolumnitatis au-  
ctoramento in magna illa Ciuitate constituit; norat quippè nullū  
firmius excogitari posse præsidium, quod magis præstet, tum ad  
Vrbium securitatem stabilendam, tum Regnorum fortunam pro-  
uehendam. Neq; illum sua fecellit opinio. Vnde enim amplissimi  
Galliarum Regni tam perennis felicitas? Vnde Francorum Regibus  
tantus semper ad tot sæcula suppedit? Heroum prouentus? Vnde  
tot Uliesses, tot Nestores continuo educit, qui nunc viuit & sibi viā  
sternit ad immortalitatem Lodouicus XIII. Non nisi profectò ex  
Equo illo Troiano, ex illo Literatorum Panathenæo, vbi mille  
auulsis, non desit aurea messis.

Quantum porro ad reparandas Vrbes ab euersore Marte pessū-  
datas conferat hæc Palladi dicata Sacra, neminem latere arbi-  
tror; quod si id quoque exemplis roborandum esset, præter exte-  
na, non pauca nobis suggereret Italia nostra. Cum ex diuturno, eoq;  
asperrimo bello adeo grauitè afflicta fuisset Pisana Ciuitas, vt  
fqualore obsita, Ciuibus vacua, magnæ potius solitudinis spe-  
ciem

ciem præferret, tam miserandus illius ad spectus Magnanimum *Laurentium Medicem* impulit, ut Urbem antiquissimam Etruriæ redderet; nam rediuius ille *Literatorum Mæcenæ*, nobilissimo instituto Lyceo, Pisus addidit & *Præsidium*, & *Decus*, nouū libertatis genus pro veteri amissa rependens, ut quæ tam celebris Respublica tam diū, ac tam amplum mari præsertim imperium, armis exercuerat, exindè facta *Literatorum Respublica*, præside *Sapientia*, *Dominars in cætera possit*.

7 Quamuis autem hic non agatur, *Auditores* Ornatiissimi, de Urbe nostra reparanda, cum nihil damni prorsus ex antea dis bellis senserit, cum *Gallici Iouis fulminum Minister Ales Estensis* aliò bellorum tempestates auerterit, hæud modicum tamen dignitatis, & splendoris *Mutinæ triumphali palmarum messe onustæ* adijcient *Pacis ornamenta*, ac potissimum huius Lycei tam feliciter inchoata reparatio. Suspiciari autem nequaquam licet quin maiora in dies incrementa suscepturum sit tam eximium Opus, cuius fundamenta, iecit *Religiosa pietas*, & cuius Valus prominent *Estenses Aquilæ*, quæ non nisi in sublimi, ac excelso loco figunt pedes. Neque enim existimandum est diū mansuram hancquam prospicimus Lycei formam, quæ profectò satis ampla est, qualis debetur inuito operi, sed non quæta opus est pro futura illius magnitudine, quam licet ominari ex sola *Principis magnanimitate*. Proferet ille proculdubio illius pomæria, ampliora reddet Atria, ampliores Aulas cum maior erit *Auditorum confluxus*, cum longior *Lectorum nomenclatura*. Plures quidem in cæteris *Gymnasijs* numerantur *Exedrae*, & *Præceptores*, at in nostro, numeri damnum pensat *doctissimorum Virorum* in omni *disciplinarum genere Virtus*, ac præstantia, quorum ceteri cum me adscriptū esse animaduerto, rubore suffūdor. Non admodum tamen longè accersendos *Præceptores* esse crediderim, quotiescumq; illorum numerum ad augere oportuerit. Fera x omni uo fuit semper hæc *Ciuitas præstantissimorum ingeniorum*, nec licet opinari quod *Mutina*, quæ alias *primarijs Academijs* tot non infimi *sublellij Professores* suppedi taurit, nunc aliundè cogatur *exoticam Sapientiam* emendicare.

Nutrijt olim hæc Ciuitas, ac postmodum Bononiæsi Archigymnasium comodaui Nicolaum Mattarellum Bartoli Præceptorē, Petrum Rocham Medicum præstantissimū, Paulum Caloram Astronomum peritissimū Carolū Sigonium Virum eruditissimū Ferrariensi Scholę Bartholomeum Bellincinum, & Ioannem Sadoletū I. C. Excellentissimos, Pisano Lyceo Gabrielē Fallopiū Anatomizæ restauratorem, & Lodouicum Scapinellum Virum Oculatissimū, Patauino Ahenço, præter multos alios, Geminianū Montanarium adhuc viuētem, Matheseos Professorē celeberrimū. Suppetent igitur ex nostro penū Literati Viri, suppetet ex Vrbe ipsa, & ex indigenis honestissima Iuuentus, etiam si externa non accedat. Verū & externam quoq; ad hunc Sapientizæ fontem allicient Principis fauor, Mutinensium conitas, aeris salubritas, omnium rerum affluentia, omne genus oblectamenti, & quod præcipuum erit incitamentum doctissimorum virorum nomen, quibus utiq; pro viribus elogia contexerem, nisi illorum modestizæ nimis onerosa censerem.

Hæc & maiora in huius nostri Lycei natalicia celebritate libet auspiciari, obstericantibus præsertim Estensibus; Aquilis, quæ grandes alas expandunt, non solum vt foueant, sed vt prouocent ad volatum. Hinc spes affalget, vt hæc Ciuitas priscum splendorem sibi vindicet; ac quemadmodum olim Eloquentizæ Parēs honestauit illam titulo splendidissimæ P. R. Colonizæ, ita in posterum appellanda sit amœnissima Literatorū Colonia. Atq; vt hæc mea implentur auspicia, ne quis putet exigi annorum Chiliadem; sospitent modò nobis Sydera Principem nostrum, ac dent illi ætatem, quam & ipse meretur, & nos optamus, quam citissimè faturabuntur vota nostra. Scit enim ille quo modò lætos successus temporum redigere possit in compendium, & quo modò integri sæculi futura maturanda sit vel solius anni curriculo. Nouit ille in quantum huius Ciuitatis commodum cessura sit huius Lycei instauratio, quam minori impendio, quanta alacritate animi deposituri sint Parentes liberos suos in sinū huius Literarum Nutricis, seu Matris, vt hinc hauriant solidiora alimenta Virtutum. Ac profectò quanta licebit illis

illis animi quiete perfrui, quam dulces somnos capessere, dum  
 ipsis succurret, esse propria pignora sub illius oculis, cuius aures  
 suauius ferit vox Parentis, quam Principis.

Sed iam video qualia sint vota vestra, Religiosi Viri, qui huius  
 Gymnasij iecistis fundamenta, & ad hanc formam prouexistis; at-  
 tedunt procul dubio aures vestre, num Principis benignitatem de-  
 precer, pro facultate impetranda a S. Cæsaris Maiestate, vt Do-  
 ctoralis Laurea in hoc Lyceo decorari possint, qui studiorum me-  
 tam attigerint. Absit vt hoc exposcam à prudentissimo Principe;  
 Nouit ille satis, superq; quid deceat, quid dedebeat. Non enim  
 ipsum latet, quam esset in congruum, vt qui sub hoc Cælo, in hoc  
 solo defudasset in excolenda Virtute, alibi postea precariam glo-  
 riæ messem exquirereret; quam indecorum, vt qui in hac literaria  
 palæstra legitime decertasset, in alia postmodum coronaretur.

Cura itaq; Doctoratus Insignia ab Aula Cæsaris impetrandi ipsum  
 manet, cui iam ab initio sui regiminis propositum fuit, vt nullum  
 habeant egregium Atestini fastus quod non imitetur exemplum.  
 Factū satis inigne, ac memoratū dignum hic apponam, vt potius  
 sollicitudinem omnem vobis adimam, quam vt ipsum memoriæ  
 Principis regeram, qui quotidie in annolis suorum Maiorum Ima-  
 ginibus illorum splendidissima legit facinora.

Albertus secundus, Ferrariensium X. Princeps, cum non solum  
 Aulā, sed & Templi, & Theatra, & Fora Martis pompis præpedita  
 prospiceret, non indecorum credidit, si Estensi familiæ adijceret  
 Togæ ornamenta. Gymnasium itaq; Ferrariæ aperuit, quod vt fir-  
 mius stabiliret, Romā ad Bonifacium IX Pont. Max. cum C. D.  
 nobilissimis Equitib<sup>9</sup> profect<sup>9</sup> est, vbi honorificè exceptus aplissimū  
 Diploma obtinuit, quod ad huc videre est Ferrariæ, in fronte ma-  
 ioris Templi aureis characteribus cōscriptum. Vereri autem non  
 oportet quin Principis nostri Virtutem *Anunculus excitet Hector,*  
*cum non progenerent Aquila Columbas.* Præueniet itaq; vota ves-  
 tra, & quidquid ad summum decus, & cōplementum huius operis  
 spectabit festinata generositate perficiet. Vbi enim vox publicæ  
 Scholæ illius perstrinxit aures, illam subito designauit in Plātarium,

ex quo educeret Oratores, Poetas, Philosophos, Mathematicos, Archiatros, Iuriconsultos, Theologos, atq; etiam ipsos Armorum Duces. Quid enim arma sine literis? Qua spe victoriæ Dux ut ut fortis, ac strenuus aciem regat Martis in cæpo, nisi Pallas affideat armata cõsilio? Quotquot igitur vsui erunt, ut vel manũ, vel cõsilio profint hinc depromet, ut aliquãdo ad huius Lycei fores inscribẽda sit hæc Epigraphæ, *Hæciter ad Superos*. Quis igitur nostrorum temporum fælicitati non gratuletur, ac præsertim Principis, cuius gloriæ tantum interest, ut tandiũ ster, ac vigeat hoc Gymnasium, quandiũ illi optabile est, ut sui ipsius nomen in posterorum memoria perduret? Non desunt equidem Principibus Viris, dum vitali hac aura fruuntur Præcones, & Vates qui illorũ gesta ad sydera extollãt. Gemunt quotidie Præla sub incumbẽte pressura; perstrepunt ad rauim vsq; *summi, minimiq. Poeta*, ac palãm videre est per omnium manus folia, & Poetarum flores *Inscriptos nomina Regum*. Postquã verò occubuerint, ac regio fulgori sepulcrales vmbre successerint, obmutescunt Musæ, ac paulatim tam decantata nomina obsolescunt. Eos verò Principes, qui vel novas Academias instituerint, vel collapsas instaurarint, superstes manet etiam post mortem nominis immortalitas. Sic etiam nũm celebrat in Hispania Salmaticensis Academia Alphonsum octauum Castellæ Regem, in Gallia Parisiensis *Carolus Magnum*, in Anglia Oxoniensis *Sigisbertum Regem*, in Belgio Louanienſis *Ioannem* Brabatię Ducem, in Polonia Cracouiensis *Cazimirum Secundum*, in Germania Viennensis *Albertum* Austrię Ducem, in Italia Bononiensis *Theodosium Imperatorem*, Pisana *Laurentium Medicem*, Parmensis *Raynucium primum*, & ad illarum exemplar Mutinensis quoque Academia post multas etiam sæculorum versiones suminis decorabit Elogijs *Franciscum secundum* ut Principem qui leges dederit, ut Mæcenate n. qui maneribus cumularit, ut Parentem qui alimẽta suppeditarit.









